

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Med.  
D. & Profess. Ad iusta Exequialia Quae ... Viro Dn. Joanni Jappen/ Civi apud nos  
& Cerevisiario laudatissimo Marito suo desideratissimo Vidua Maestissima Hodie  
hora prima in templo Mariano parabit Omnes Omnium Ordinum Cives  
Academicos officiose & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771008317>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,  
in J. J a p p e.

Rost. 1655.

40















PROGRAMMA  
RECTOR  
Vniversitatis Rostochiensis  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Med. D. & Profefs.

Ad iusta Exequialia

Quæ

*Speçtatisimo atq; Integerrimo Viro*

**DN. JOANNI WALPHEI**

Civi apud nos & Cerevisiario

laudatissimo

*Marito suo desideratissimo*

*Vidua Mæstissima.*

Hodie horâ primâ in templo Mariano parabit.  
*Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos officiose &*  
*peramanter invitât.*



ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad, Typ.  
Anno 1655,





Quanta sit vitæ nostræ miseria,  
 vel ex eo dijudicare potest, quod non  
 solum in ipso ortu, sed etiam in reliqua  
 vitâ, imo deniq: in ipsâ morte, quicumq;  
 ille sit mortalium, nil nisi foetorem secum circumferat.  
 Nam

Quid nisi foetor homo est? foetores inter in alvo  
 Gignitur, & latitat: tenet è foerente favissa,  
 Eruitur foetens: totius tempore vitæ  
 Se se intro foetet, foetores ejicit ex se:  
 Corpus inane anima tandem foetore maligno,  
 A se abigit cunctos, & cum foetore sepulchro  
 Foetenti infertur.

Non solum autem foetorem homo secum circumfert,  
 sed mera hæc nostra Vita est Fabula, in quâ ho-  
 mo omnes miseriarum formas induit. Unde non  
 minus verè quàm rectè ab Aristotele, Imbecillitatis  
 exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstan-  
 tiæ imago, invidiæ & calamitatis trutina, reliquum  
 verò pituita & bilis, nominatur. Quo etiam res-  
 pexisse videtur Euripides, quando ipsi vita humanâ  
 ἔστι βίβη ἀλλὰ σύμφορα h. e. non vita sed calamitas dicitur Et  
 Æschylus apud Stobæum, qui eam umbræ fumi simili-  
 lem facit, dum

Τὸ γὰρ, inquit, βρότερον σπέρμα ἐφήμερα φρονεῖ,  
 καὶ πρὶν ἢ δὲν μᾶλλον ἢ κατὰ τινὲς σκιά  
 Caduca molitur genus mortalium,  
 Nec certa res est ulla, nec tuta, haud magis  
 Atq; umbra fumi.

Vnde



Unde & D. Augustinus vitam nostram sicut florem esse dicit, qui in arbore crescit, & statim marcescit, nunc floret, at statim arer, quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit vita fallax, umbratica, plena laqueis. Et super hæc omnia magna est miseria, quod, cum nil certius sit morte, ignorat tamen homo finem suum, &, cum stare se putat, colliditur. Etenim.

Nemo tam divos habuit faventes

Craftinum ut possit sibi polliceri.

Res DEUS nostras celeri citatas

Turbine versat.

Cum itaq; nascentes moriamur, finisq; ab origine pendeat, atq; eadem illa horâ, quæ vitam inchoat, simulq; rapiat, ipsaq; Vita suæ mortis semina habeat, quemadmodum id acute Manilius testatur, non veniâ solum dignæ verum etiam laude regiæ ille lachrymæ, quas Xerxem cum immensum exercitum oculis obiisset, profudisse ferunt, quod tot millibus tam brevis immineret occasus. Quamvis autem humanum genus omnibus aliis rebus calamitosissimum ac miserimum sit: tamen hâc unâ in re felix ac beatum pronunciamus, quod discessu ex hâc vitâ finem molestiarum inveniat, quibus vita nostra quasi sævissimis tempestatibus diu multumq; jactata tanquam ex carcere aliquo in Cælum evolet, ubi optatissima quiete omnibus malis erepta in perpetuum fruatur. Et hoc est quod frequentissimis virorum Sapientum sermonibus usurpatum legimus: *Tum demum homines aut esse aut dici beatos posse, cum è vita discesserint.* Intel-



12  
lexerunt enim propter fortunæ & rerum humanarum  
inconstantiam nihil hic stabile, nihil certum: fluxa, lu-  
brica, incerta esse omnia. Mortem autem unam,  
præsertim quæ vitam integerrimam & honeste actam  
clauderet, humanæ felicitatis apicem & fastigium æ-  
ternæ verò initum demonstrare. Hanc ob causam  
etiam mortuos coronis veteres insignire voluerunt,  
ut scilicet indicarent, quod labores & æumnas seu  
molestiarum immensum pondus hujus vitæ morte  
superassent. Non sine ratione itaq; Gentiles suorum  
natales mœrore ac lacrymis, funera vero solenni gau-  
dio prosequabantur, quemadmodum id de Trausis  
gente Thracibus finitima Herodotus in Terpsichore re-  
fert, quod, edito infante, proquinqui circumfeden-  
tes cum ploratu commemorarint, quantum calami-  
tarum illi sit perferendum vitam ingresso: defun-  
ctum autem hominem cum lætita extulerint, recen-  
sentes, quàm multis malis subductus sit. Quapropter,  
cum finis sit malorum omnium atq; initium æterne  
vitæ perpetuorumq; gaudiorum MORI; magno se  
naturæ beneficio donatos esse arbitrentur, qui ex hu-  
jus calamitosæ vitæ ergastulo tanquam carcere & vin-  
culis liberantur, & in æternæ felicitatis requiem trans-  
feruntur Quod cum etiam ante aliquot dies Viro Ho-  
nestissimo ac Modestissimo JOHANNI Zappen/ Civi  
quandam hujus Urbis primario, contigerit, meritò sibi  
de hujus modi pio & felici ex hujus vitæ miseris exitu &  
migra-



migratione gratulari poterit: Nos vero de ipsius ortu, vitæ cur-  
 su & fine pro re nata agere constituimus. Natus est in inclyta Ur-  
 be Lubeca, quæ Maritima ù Civitatù & Ansæ Saxonice caput  
 & Corona, Anno Epochæ Christianæ. clv Is XCVI. ipso  
 Joanni Baptistæ sacro die, Patre Viro Spectatissimo ac Pru-  
 dentissimo Dn. ERASMO Zappen/ Reipubl. Lubecensis Se-  
 natore quondam laudatissimo, Matre vero CATHARINA  
 Bartels foeminâ omnium matronalium virtutum decore  
 splendidissimâ. Avum Paternû habuit virum honestum AS-  
 MUM Zappen in civitate Holsatica Plôn Civem & Cerevisi-  
 arium; Maternum vero Hans Bartels / Civem & Mercator-  
 em Lubecensem industrium. Avia Materna fuit fæmina  
 castissima N. Cremers. Ab his Parentibus à teneris, quod ajunt  
 unguiculis in verâ pietate educatus hmaniorum artium pri-  
 mis initiis imbutus, (nam usq; in decimum sextum ætatis annû  
 Scholam Lubecensem frequentavit) cum Adolescens magis  
*Mercurialis* quam *Apollineus* appareret in *Curlandiam* ad civitatem  
*Goldingam* aliis servitum & Mercaturæ artes discitum ablega-  
 tus, eas, quæ erant præditus dexteritate, subito hausit, & de-  
 inceps non exiguo suo suorumq; commodo in Urbe *Riga* & per  
 totam *Curlandiam*, *Livoniam* & *Prusiam* exercuit. In Patriam verò  
 remeans, primum quidem ibi per tempus aliquod subsistit, &  
 prudentem sese mercatorem omnibus exhibuit, donec tan-  
 dem Anno M. DC. XXVI. Conjugium meditari cœpit, &  
 Divinâ destinante Providentiâ Foeminam honestissimam,  
 DOROTHEAM Nisewicks/ ASM I Neppenßagens/ Civis  
 & Mercatoris Lubecensis relictam viduam, exoptatissimam  
 thori sociam sibi delegit, cumq; illa, quamvis per exiguum  
 temporis spatium, concorditer tamen & sine querela vixit.  
 Nam, præterlapso sesqui anno, cum jam spem non dubiam  
 omnibus dabat, fore, ut prole pulchro parentem esset exhila-  
 ratura: Deo tamen aliter disponente, ingravescentibus par-  
 tus doloribus, cum illa ad evitendum non sufficeret, mortali



hâc carne exuta commigrationem suam ex hac miseriarum  
valle morte obstetricante in cœlestem patriam unâ cum ipso  
fœtu in lucem nondum edito acceleravit. Heu miseram sortem  
mortalium pariterq; & miserandam! Felices præte Lygu-  
rum & Illyricorum uxores, quibus puerperium lusus est, quæq;  
prægnantes inter opus enixæ, pueros domum ferunt, ut eos  
non peperisse sed invenisse credas. Tu autem labori huic suc-  
cubuisti: Tu soboli vitam datura, vitam ipsam perdidisti. Ve-  
rum ab hujus suæ conjugis desideratissimæ è terris excessu,  
Viduus moestusq; Maritus integrum septennium præmaturâ  
sibi morte creptam uxorem questus dolensq;: solitariæ jam  
vitæ pertæsus, ne in adverso hocce casu sine ullo remedio & al-  
levamento permaneret Anno, c<sup>l</sup>o l<sup>o</sup>c XXXV. ad hoc no-  
strum Rosetum se contulit, ipsoq; Medardi die in mutuum  
connubii fœdus sibi adscivit Virginem Lectissimam ac Deco-  
ratissimam ELISABETHAM von Scheven/ Viri Honestis-  
simi & Prudentissimi Dni. ARNOLDI von Scheven/ Reipubl.  
hujus dum in vivis Senatoris laudatissimi, & ELISABETHÆ  
Lipermans/ cujus Frater fuit Clarissimus M. JOACHIMUS  
LIPERMANNUS, Reverendissimi ac Celsissimi Principis  
ac Domini, Dn. UDALRICI, p. m. Episcopi Butzoviensis  
& Cancellarii hujus Academiæ Magnificentissimi quondam  
MATHEMATICUS præstantissimus, FILIAM dulcissi-  
mam, nunc Viduam moestissimam. Quam quoq; vitæ suæ  
non contortem fidissimam & optatissimam duntaxat, sed so-  
latium *viginti Annos & quinq; Menses* circiter habuit & reapse exper-  
tus est: Ex ea; duo charissima jugalis thori pignora, Liberos,  
inquam, optatissimos, filium unicum ARNOLDUM optimæ  
spei adolescentem, qui ante aliquot septimanas ad Scholam  
Stralesfundensem à Parente suo jam pie defuncto ablegatus, li-  
teris ibi gnaviter incumbit, & Filiam unicam Virginem lectis-  
simam CATHARINAM ELISABETHAM suscepit, quæ  
una cum moestissima matre parentis obitum præmaturum lu-  
gent.



gent. Ob singulares animi dotes & magnam dexteritatem Anno clō lōc XL. in numerum Centumvirorum allectus, & postmodum Anno clō lōc XLII. ædi S. Georgio Sacræ Præfectus est. Quæ publica munera etiam summa cum dexteritate gessit, & hanc ob causam ad majora forte evectus fuisset, nisi adversa corporis valetudo etiam illum à Centumviratus officio avocasset. Nam ab Anno clō lōc LII. semper illum varia symptomata, quæ Scorbutus, malum in his locis satis frequens, secum ferre solet, graviter vexarunt. Quæ etiam impedimento fuerunt, quo minus in publicum prodire & sacris in templo interesse potuerit, sed domi manere coactus sit, ubi iis consolationibus, quas filius DEI in Evangelio tradidit, se sustentans, patienter & placide Mundi molestias pertulit, & lectionibus ac piis precibus, & filii DEI pro nobis mortui ac resuscitati fiducia & invocatione, ac spe vitæ ac salutis æternæ sua damna levavit. Donec tandem die sexto hujus Mensis Novembris Febris quædam inordinata scorbutica illum invaderet quæ, licet initio minùs periculosa videbatur, iento tamen insultu vires absumpsit. Cum itaq; corporis languorem augeri persentisceret nec medicamenta præscripta aliquid proficerent, animæ velut partis nobilioris curam imprimis habendam censuit, accitoq; tempore nocturno Viro pl. Reverendo ac Excellentissimo Dno. Licent. RIDEMANNO, ad beatam ex hæc vita migrationem se præparavit, & omnia illa, quæ à Dn. Confessionario ex sacro Codice prolata sunt, magna cum devotione observavit, & sic tandem hora media septima matutina 10. hujus Mensis die naturæ debitum persolvit, & inter pias preces Deo Creatori animam reddidit, cum vixisset annos LX, menses quinq; dies duos. Quamvis autem uxori & liberis nimis cito decessisse videri possit, ut quòs Mariti Patrisq; officiis destituerit, illam quidem viduam hos vero orphanos deseruerit: tamen in benignissima DEI voluntate acquiescendum, qui illum ita allocutus est:

Επιση



Ἐπειδὴ κέκμηκας ἰθὺ ἐς τὰ πρὸ μνήμης ἀνάπυσσάμενος. h. e. Quoni-  
am laboribus defessus es, ingrediere hoc monumentum, & qui-  
etem cape, hujusq; defuncti felicitati potius gratulandum,  
quam invidendum pietas jubet. Cæterum cum hodie ho-  
nestissimi hujus Viri, Affinis nostri colendi, exuviæ usitatis ac  
solemnibus ceremoniis terræ omnium matri reddendæ ac se-  
peliendæ sint, agite Cives Academici, Clarissimi Dn. Profes-  
sores, Doctores, Licentiati, Verbi Divini Ministri, Artium libe-  
ralium Magistri, Studiosi lectissimi, Contestandæ benevolen-  
tiæ causâ, frequentia honorifica deductionem hodiernam or-  
nate, lugentibus condolete, atq; ad sepulturam hanc, circa  
primam pomeridianam in templo Mariano, euntes, & DEO  
Ter Opt. Max. statum utriusq; Reipublicæ ac totius Provin-  
ciæ ardentibus votis commendantes, quanta sit ævi brevitatis,  
quanta fugacitas, quanta omnium, instabilitas, seriò repa-  
tate. P. P. Sub Sigillo Rectoratus XVI. Novembris  
ANNO 1616 LV.









GK











gent. Ob singulares animi dotes  
Anno clō lbc XL. in numerum  
& postmodum Anno clō lbc XL  
Præfectus est. Quæ publica mun-  
teritate gessit, & hanc ob causam ad-  
fer, nisi adversa corporis valetudo  
tus officio avocasset. Nam ab Ar-  
lum varia symptomata, quæ Scorbu-  
tis frequens, secum ferre solet, grav-  
impedimento fuerunt, quo minus  
cris in templo interesse potuerit, se-  
ubi iis consolationibus, quas filius D-  
se sustentans, patienter & placide M-  
& lectionibus ac piis precibus, & fil-  
resuscitati fiducia & invocatione, ac  
sua damna levavit. Donec tande  
Novembris Febris quædam inordin-  
deret quæ, licet initio minùs peri-  
men insultu vires absumpsit. Cum  
augeri persentisceret nec medicame-  
ficerent, animæ velut partis nobil-  
bendam censuit, accitoq; tempore  
rendo ac Excellentissimo Dno. Lic-  
beatam ex hæc vita migrationem se-  
quæ à Dn. Confessionario ex sacr-  
gna cum devotione observavit, &  
prima matutina 10. hujus Mensis d-  
vit, & inter pias preces Deo Creato-  
vixisset annos LX, menses quinq;  
autem uxori & liberis nimis cito d-  
quòs Mariti Patrisq; officiis dest-  
duam hos vero orphanos deseruet  
ma DEI voluntate acquiescendum, c

dexteritatem  
orum allectus,  
Georgio Sacrae  
mma cum dex-  
te evectus fuis-  
à Centum viri-  
LII. semper il-  
in his locis fa-  
t. Quæ etiam  
prodire & fa-  
ere coactus sit,  
gelio tradidit,  
stias pertulit,  
obis mortui ac  
salutis æternæ  
hujus Mensis  
ica illum inva-  
oatur, iento ta-  
ris languorem  
ta aliquid pro-  
imprimis ha-  
Viro pl. Reve-  
MANNO, ad  
& omnia illa,  
olata sunt, ma-  
ora media se-  
bitum persol-  
reddidit, cum  
Quamvis  
eri possit, ut  
in quidem vi-  
in benignissi-  
allocutus est:

Επιδη

